

NATOLIA, SEV IMPERIUM TURCICVM, CONTINENS

Asiaticam Græciam, Chersonesum quondam dictam.

Tractæ sunt tempore Vespasiani Imperatoris, & D. Apostoli Pauli, quo ultra 36. ciuitates non reperiebantur, cæteris aut bello aut terræmotu absuntis. Eorum præcipua fuere Patara, Pinara, Xanthus, Myrrha, Olympus, Thonba. Agrum habet frumenti feracem, vnde rutilans Lycia à Virgilio dicta, quod ad maturitatē perducta arista rutilare videatur. Amnes habet nobiliores Xanthum alias Sirbim dictū, ex Cadmo monte, Limyram ex Masicyto, Calbim ex Gaga monte profluentes, marique Lycio sese miscentes. Montem autem præter iam dictos Chimeram, igni-vomum perinde ut A Etna Sicilia mons, cuius flamma teste Plinio affusa aqua excitatur, sceno autem extinguitur. Tauri montis iugum est, cuius hoc loco initium sumunt colles: in eius cacumine leones habitabant: in medio autem propter lata pascua capreæ, & in radicibus serpentes. Vnde Poëtarum figmenta monstru narrant flammas euomens, capite & pectore Leonino, Caprino ventre, & cauda Draconis, ad quod tollendum missus fuerat Bellerophon. In hac iuxta Rhodiopolim urbem salutares extant thermæ. Terminatur autem ab Occasu & Septentrione regione quæ propriè Asia dicitur, ab Ortu Pamphylia, à Meridie mari proprio. Proxima est Pamphylia à Mopso rege Mopsopia aliquando vocata & Messopia. Eius nulli populi celebrantur indigenæ. In ipsa autem Ptolemaeus has adsignat regiunculas. Corbaliam, quæ etiam Lyciæ partem occupat, Phrygiam quam maiorem nonnulli dicunt, in parte Septentrionali & Occidetalí Pisidiā, deinde versus exorientem Solem. Nostræ autem ætatis homines postquam Turcarum tyrannidi subiecta est, binas eius dynastias seu præfecturas faciunt: partem eius quæ Pisidiæ, Isauriæque & Cappadociæ finitima est, Caramaniam vocantes, à Caramano, uno ex septem Turciæ primoribus, ab Othomannis expulso, ea etiâ Cappadociæ portiunculam complectitur. Littorea autem Pamphylia nunc Scandelaora appellatur, à loco seu arce quadam maritima eiusdem nominis olim Coraceia dicta. Vrbes quondam habuit celebriores Olbiam, modò dirutam, Atalian, nunc præposita litera Sataliam, quæ & Philadelphia aliquando vocata, sedes Boglerbeg seu Sangeazi Scandaloræ & emporiū inercaturá frequens. Seleucia nunc Carazasar appellatur. Antiochia diuersa ab ea quæ in Lydia extat, & altera etiam in Syria posita. Perga Pauli Apostoli concionibus olim beata. Est & Aspandus & Phaselis montana ciuitas, pyratarum quondam perfugium. Regio est vinetoru & olearū fertilitate nulli postponenda, pascuis insuper fœcundissima, arboreum etiam ferens Storacem laudatam gummi, quamvis & deserta habeat sua arenis molesta. Amnes eius nobiliores sunt Cataractus, Caystrus, nunc Caulari dictus. Eurymedon hodie Lysis appellatur. Melas fluuius Pamphyliam à Cilicia separat, iuxta Aspondum urbem, stagnum seu lacus est salem vniuersæ regioni copiosum præbēs. Regio omnis Tauro monte premitur, cuius hîc iuga famatiora, Sardomissus, Climax & Celenorum tumulus vocatur. Eius limites sunt ab Occasu Lycia ac Asia, à Septentrione Galatia, ab Ortu Cilicia & Cappadocia, à Meridie Pamphylium mare. Sequitur itaque ut de Cilicia agamus, sic dicta à Cilice Agenoris filio, cum Hippachei prius dicerentur. Hac ætate Turcomania & Finichia appellatur, nec non Caramania eius aliqua portio, sicut & Pamphylia vicinæ pars. Eam Strabo in Campestrem planâ seu fertilem, & in Trachoam seu asperam & mótanam diuinit. Sunt autem eius post Pamphyliam usque ad Ortu hæ regiones secundum Ptolemaeum, Leonitis, Trachæa, Citida, Lalassida, à Cestro usque ad Ormagdum fluuium. Hinc Charaucia ad Calydnum flu. Lamotidis deinde ad Lamium flu. postea Lacanitidis ad Sarum flu. medianam hanc Cydnus flu. irrigat. Deinde est Brythica. Postremò est ad finem usque regionis Ciliciae propriæ dicta, per quam Pyramus fluuius ex Tauro in mare Cyprium descendit. Metropolis prouinciae est Tarsus, quam hodie vocant Tarassam, eam intersecat Cydnus amnis, D. Pauli Apostoli patria. Sardanapali (vti nonnulli tradunt historici) opus, qui hanc & Anchalam vna die condidisse fertur. Longè ante Christum natum fuere Tarsenses Philosophæ adeò studiosi, ut Atheniens & Alexandrinos superarent. Sunt & aliæ vrbes, Sebasta, Celeris nunc Palopolis, Selinuntis à morte Traiani Traianopolis vocata, & Saralia in ora Cilicie: vnde nunc sinus nobilissimus nomen habet, olim ab Iesso ciuitate Issicus dictus, quam hodie Iaiassam appellant, aliquando & Nicopolis ab eventu nuncupata, quod Alexander Macedo ibidem potentissimum Persarum regem vicevit: his omnibus addam Corycum urbem, nunc Curch vocatam, à qua Corycus specus, antrum Nymphaeum, & Typhonis gigantis tumulus, à Mela & alijs nobilitantur. Vbi montibus caret regio fœcundissima est, omniumque rerum ferax, vini, frumenti, fructuum arboreorum, cotonis, croci & aliarum, sylvæque Cedris frequentes. Fluuij sunt Ormagdus nunc Sequin. Calydinus modò Salesius. Lamius qui & Latinus. Cydnus, Saras iam Adana, & Pyramus nunc Mamistra appellatus. Cingitur autem ferè vniuersa Tauro monte, quem Turci Barbarique Corhestan vocant, eius iugum quod Tarso imminet Aphesantis mos dicitur. Persei & Medusæ fabulis notus. Amethystum gemmam sed haud nobilem gignit. In fine autem regionis Amanus mons dicitur, vbi angustiæ eius

pylæ seu portæ Amanicæ dictæ Ciliciam à Comagenæ Syria dirimunt. Terminatur autem Cilicia ab Occasu Pamphylia, à Septentrione Cappadocia & minore Armenia, ab Ortu Ammano moëte, à Meridie mari Issico seu Cilicio & Cyprio proxima; nunc est minor Armenia, quæ quod extra Chersonesum magham Græcia sita sit, & chartæ angustia nō ferat, in alium differenda locum est. Et assumenda reliquæ, quarum quæ huic vicinior est, Cappadocia dicitur à Cappadoce eiusdem regionis fluuiò, olim Leucosyria dicta: nunc autem regnum Trapezundæ vel Genechi vocatur. Populos habuit Cylios, Leucosyrios & Cataontios. Dividit eam Ptolemaeus in Pontu Gallaticum, Pontum Polemoniacum, & Pontum Cappadocum. Præturas insuper Comanesiam & Sargaurasenam, præfecturas item Gardaucrotam, Ciliciæ, Lycaoniæ, Antiochianam, & Tyridis. Continet & Temessiram terram planam iuxta Thermodonton & Irim flumios, Amazonum fœminarum sedem. Hodie in ea collocantur Suas, Pegiam, & Amasia regna, quibus additur & modò dictu Trapezundæ seu Genech regnū, quanquam id potius in Colchide situm sit. Eius Metropolis olim fuit Mazaca, postmodum à Tyberio Cæsare Cæsarea dicta, cuius nominis in Palestina & Mauritania aliæ quoq; extat. Eupatoria quæ & Amasia, & tandem à Pompeio magno Magnopolis dicta est, sedes nunc Sangæci seu Baschæ eius regni. Polemonia modò Vatiza nominatur. Sebasta autem nunc Suas nomen habet, quemadmodum & vicina illi regio. Cerassus autem maritima eius ciuitas, vnde Lucullus Romanus primum cerasorum fructum in Europam attulisse fertur. Trapezus autem hodie huius prouinciæ Metropolis, Colchidis vrbis est. Est verò Cappadocia ager partim eximiè fertilis, idque maximè qua Galatæ vicinior est: vbi vini, frumenti, fructuumque omnis generis abunde profert, nec minærus destituitur argenti, ferri, cupri, aluminis, salis gemmæ, crystalli: partim verò, vbi scilicet Armenia minori propinquior est, post Argeum montem iuxta Mazacam seu Cæsaream vrbē, mira est sterili & loca (vt Strabonis vtar verbis) inculta, quanquam campestria, arenosa enim sunt & petrosa, paululum verò progrederi campi sunt igne exusti, & solum incensum per multa stadia, quapropter necessaria è longinquo afferunt. Et quod etiam abundè periculosum videatur, non longè abest periculi materia: Nam cùm tota ferè Cappadocia lignis careat, Argeus tamen circum circa syluam habet, vnde lignatio propinqua, sed loca sylua subiecta ignes habent. Sunt etiam gelidis aquis plena, quanquam nec ignis nec aquæ in summum extat, quapropter maxima ex parte herbida sunt. Quibusdam in locis solum palustre est, & per noctem ex eo flammæ consurgunt, rei itaque gnari caute lignantur, sed multis periculū est, præsertim pecori in obfcuras ignis fossas incidenti. Fluuij huius prouinciæ sunt Iris nunc Lirio, & Hali modò Caselmach vocatus. Thermodon nunc Pormon dicitur. Arcas, Cissa, Apollorus & Melas, cui iam Cassel nomen est. Montes sunt Argeus, Antitaurus & Scordiscus. Limites habet ab Occasu Galatiam, à Meridie Ciliciam, ab Ortu Armeniam minorem, & supernè etiam maiorem, à Septentrione Pontum Euxinum. Restat nunc Galatia à Galatis, seu Gallis Europæ populis sic dicta, qui Brenno Duce Græciam, Europæam diripiebant, ab Antiocho Sotero, partim cæsi, residui à Bithyniæ rege in auxilium vocati, partem regni obtinuerunt, ac Gallo-græci dicti sunt. Eius gentes celebriores fuere Trocmi, Tolostokogij, eius Occidentalia habitantes Teodosagal Orientalia & Mediterranea, Proserleminitez & Byzeni Meridionalia. Dividitur in regiones seuprouincias has: Prima est ad littus Ponti Paphlagonia, deinde Isauria montanis Pamphyliæ & Asiae minoris cōfinis. Eam Lycaonia versus Ortum sequitur. Pisidiæ partem supra Pamphyliam complectitur. Civitates habet Germanopolis, quæ modò Ginopoli vocatur, sedes Baschæ seu Sangeazi huius prouinciæ, Synopam regni Mithridatis olim caput, & eiusdem natale solum, gymnasio aliquando clara, & Cynicis Philosophis, & rubrica Synopica famata. Ancyra nunc Anguria dicitur. Laodicea vna ex septē Ecclesijs Asiæ precipuis, Appollonia, Antiochia, Pisidiæ quæ nunc Sibis appellatur, & innumeræ aliæ. Regio vini, frumenti, pabuli, fructuum omnis generis fertilis. Amnes habet Zaliscum qui nunc Bilis, Alyim, Varec & Alabrum. Montes autem Oligam, Dindymum, Cætenorū iugum & Sandaracurguni metallis fœtum. Terminatur autem ab Occasu Bithyniæ & parte Asiæ propriæ, à Meridie Pamphylia, ab Ortu Cappadocia, à Septentrione Euxino Ponto. Sunt autem omnes iam enumeratae prouinciae à gradu longitudinis 55. vbi Helleponus est usque ad 75. vbi mediū minoris Armenia, à principio autem climatis quinti, quod est per Rhodium, usque ad finem septimi, quod est per medium Pontum Euxinum, varia turque diei artificialis prolixitas hora vna', ab earum scilicet Australisim: vtpote Lyciæ, Pamphyliæ & Ciliciæ littoralibus sub undecimo parallelo existētibus, ac proinde æstiuam diem horarū 14 $\frac{1}{2}$ habentibus. Usque ad Borealisimas nimirum Paphlagoniaz aut Cappadociæ, sub parallelo decimo quinto diem eandem horarum 15 $\frac{1}{4}$. habentibus.

G R A E C I A.


Ræcorum gentem ante Troianum bellum paucis aut penè nullis aucthoribus eodem nomine aut cognitos aut celebratos extitisse reperimus: sed vt quiuis eorum populus potentior euaserat superioribus scilicis, ita toti etiam regioni & nōmen & leges dedisse, vel inde colligi potest, quòd toties mutato nomine, nunc ab his, nunc ab illis particularibus eius populis appellatione mutuata sit. Siquidé constat Abrahæ temporibus Argiuorum & Athénienium nomine totam eam gentē intelligi solitam: ætate verò Nini Belis Assyriorum regis, Sicyoniorum nomen apud hos vniuersale fuit. Verùm ne nos hisce nimium immoremur, compendio generaliora, notissimaq; huius nationis nomina saltem recensemus. Achiui itaque ac Ionij ab Achæo Ionoque filijs Xuthi primū dicti creduntur. Hellenes ab Hellene eorum rege Deucalionis filio, vel vt alijs placet, ab Hellech gigante ex Iapetis posteritate oriundo. Dorij à Dorio Hellenis filio sic appellati traduntur. Argiu ab Argos metropolitana vrbe, seu vt alij dicunt, ab Argo Apride & Niobes filio. Nonnullis autem ab Argo Phoronei nepote sic dicti traduntur. Danaës à Danæa eorum rege Libya oriundo Bætis & Antinoës filio Egypti fratre. Myrmidones sic dicti, non vti fabula habet, quòd ex formicis in homines mutati sunt: sed quòd formicarum more in subterraneis antris specubusque habitarent. Hos postmodum Phtiotes & Eginetes dictos constat. Pelasgi à Pelasgo rege, qui turgirola agrestia, quibus ab imbris, frigore alijsque aeris iniutijs, sese tutarentur, primus eos ædificare docuisse dictus est, ac ad ciuiliorē viuendi ritum instruxisse. Dolopes Thessaliæ populus olim dictus, qui quidem etiam soli primū Græci dicti sunt: idque vel ab eorum Rege Græco, vel ab eiusdem nominis in ea oppido, atque id vocabulum post tot tantasque imperij, ac rerum penè omnium mutationes ad hanc usque ætatem tuerit. Eius autem populi veteres, qui fuerunt, partim ex iam dictis liquet non minibus, partim etiam ex sequentibus elucescet. Opus siquidem impendio magnum exigat is labor, quo priuatos huius tam ampli vastiq; olim imperij populos quis enarrare conetur. Nos verò compendij grātia vniuersam Græciam sic trademus, vt in Europæam ac Asiaticam eam secemus. Europæam autem denuò in interiore & exteriore distinguamus. Interioris nomine comprehidentes quicquid in Peloponeso seu Pen'insula illa continentur, quam Moream hodie vocant. Exterioris autem omne id quod reliqua Græcia inter duo maria Adriaticum & Ægeum versus Septentrionem excurrit. Ex qua plaga nostræ qualiscunque descriptionis initium facientes, Europæam, Græciam, seu dum maiores eius prouincias rursum in quinque distinguimus regiones, Thraciam, Macedoniæ, Epirum, Achaiam, & Peloponesum singulas harum deinceps in minores suas regiunculas distributuri. At quoniam pagina versa tabella quædam singularum penè partium terminos limitesque præscribit, nos ab illis abstinebitus, Achaia Epiroque exceptis, quæ ibi omessa sunt. Thracia itaque quæ olim Sython, nunc autem à Barbaris Romania Romeliaque appellatur, olim quidem sibi Græcia nomine minimè comprehensa. Postmodum tamen Græcorū imperium subiit, cuius ipsa etiam in vastigium euecta, sedem continuuit Bizantij, quæ deinceps à Constantino Constantinopolis dicta est, ciuitas ad Bosphorus Thracium sita, qua Propontidi committitur, à Christiani nominis infensissimo hoste Turcarum Imperatore Mahometo eius nominis secundo, circiter annum Salutis quadringentesimum quinquagesimum tertium supra millesimum expugnata, hodie eorundem Tyrannorum domicilium & aula est, nec minus emporio mercatuque celebris. Est & Solombria, quam Selince nūc vocant, portus & emporium frequens in Thracia. Eius insuper ciuitas est Appollonia, aliquâdo Anthium, nūc autem Sixopolis dicta, à qua haud procul aquarum medicatarū thermæ extant. Cipsale autem nunc Chapsilan aluminis optimi minæris abundat. Est Thracia quidem regio nec Cœlo nec solo satis fœcunda temperataque, frigida, & eorum quæ feruntur, malignè admodum patiens, vnde & nomen apud Græcos sortita videtur τραχεῖα illis dicta: quasi asperam dicenter, teste enim Pomponio, raro usquam pomiferam arborem, vitem frequentius tolerat, sed nec eius quidem fructus maturat ac mitigat, nisi ubi frigora obiectu frondium cultores arcuere. Ora tameh maritima mellis ceræque abundans est, nec minus reliqua valles perpetuò amnium fluiorūque defluxu rigatae, pratis pascuisque fœcundæ sunt. Populi à scriptoribus in hoc traetu celebrati, hi sequentes ferè sunt: Bessi, Odones, Odrysi, Bryges, qui pontem transgressi in Asia minori confidentes, Phrygij dicti sunt, Deuthelethæ, Coralij, Peonij, Selethices, Chalybites ferri minæris infestantes. Adhæret etiâ Thracia iuxta Helleponsu Chersonesus, in qua est vrbs Calipolis, & Sestus amore Heronis & Leandri clara. Amnes autem nobiliores sunt Strimon, Nessus, Sagaceus, Helleponsus, in sinum Edonicum seu Strimonium exonerantes, Stenos, Ifmaar vndas habens usque adeò gelidas, vt lignum aut aliud quiduis sibi immersum, confessim in lapidem conuertat. Hebrus nunc Murize dictus, auri granulis onustus, ex Combro mōte in Aegeum mare præcipitatur. Eagrus seu Agriana cum Thearo confunduntur Hebro. Scaphidus & Melanus supra Chersonesum Thracia Aegeo mari miscentur. Baten & Athira vterque ex Hemo monte erumpens, in Propontidem præcipitatur. Arzus ex Edonio monte Eracleum vrbum præterlapsus, eidem Propontidi se se committit, nūc Lorginus nuncupatur. Lissus Herodoto celebratus fluuius, potando exhaustus ab exercitu Xercis. Montes autem famosi Thracia sunt Ismarus, in qua Orpheus poëta modulari solitus dicitur, Vinetis fœcûdus. Hemus quæ Barbari nūc Kruicze ne appellat. Combrus, Zonetus, Melapilus, Doncus, Edonius, Serius, Sython, Pangeus nunc Malacca, syluis consitus, ubi Cadumus olim auri argentiq; depurationem docuisse fertur: odores fert & rofas centenis folijs vestitas, vertice niuoso. Messapus mons asperrimus & syluosus, Arpeßum flu. eniit. Rhodope mons nunc Valize & Ozerrani Werthi vocatur. Macedoniæ nomen à Mædone Osiridis magni filio ortum testatur Berosus Chaldeus, cùm Emathia prius diceatur, seu à Chamo ipso, seu ab eius nepote aliquo, quasi Chamatiā dicas: quamuis non defint qui terram Chetim distam velint, quòd nominis cæteris vniuersale videtur esse, omnibus iuxta eius maris littus habitantibus populis. Est ea natio rebus gefis, & regum nobilitate, præcipue autem Philippi & Alexandri Magni præclarissima. Vtpote quæ olim totius Orientis imperium tenuerit, Alexandro sibi totam propemodū Asiam subigente: idque tanta velocitate, vt transuolando potius quam gerendo peregerit id quod fecit. Populi huius veteres quorum quidem crebrior apud authores est mentio, hi ferè recensentur, Esthiotes & Phtiotes nunc Annomines. Lapithes iuxta Ossam & Othrym montes, Dolopes iuxta Othrym, Pelasgici & Centauri iuxta Pelium mōtem,

Perrhobij ob latrocinia vagabudi, Orestæ, Edones, Tulantij, Helythioti, Amphixites, Chalcidij, Albani, Almopi, Orbelij, Eordæi, Aestræi, Iori, Sinticae, Odomantici, Desæreti, Pelagoni, Bisaltij, Mygdonij, Parthiaæ. Prouincæ verò seu regiones in ea particulares hæ habentur, Theffalia à Theffalo rege Hemonis filio, à quo prius Emonia dicebatur, cùm antea Pyrrhea à Pyrrha Deucalionis uxore denominaretur; & ab eius filio Myrmidonia, quod formicatum more in terra cauernis habitarent. Pthiotia à Phtio Theffali filio etiæ appellata: sola auté ab Homero sub Græciæ nomine celebrata, quæ ad modum & Helladis nomen sola sibi vendicare solita est. Pieria post hanc & Peonia, quæ Axio fluui interluuntur. deinceps est Magnesia à Magnetis lapide, alias Heracleo & Siderite dicta, quod in ea regione frequenter effodi soleat. Albania, Pelasgia, Pharsalia, quæ & Aematia, quo ferè loco conseruere manus Pompeius & Iulius Cæsar, ob idque Lucano satis decantata. Esthiotis Theffaliam pars est, ciuitatibus olim plurimis culta, quæ hac ætate quemadmodum & pleraquæ aliae reliqua Græcia, vel Turcarum tyrannide penitus excisa dirutaque sunt, vel nihil haud parvum admodum vetuisse glorie, splendorisq; retinuerunt. In Theffalia ad Aliacmon fluuium sita legitur Europa vrbs, quam Europæ Macedonis filius extruxisse fertur, estque verisimilius vel ab hac ipsa, vel ab eius conditore Europam habitatis totius partem tertiam nomenclaturam suam adeptam, quam ab Agenoris filia, quam Iupiter raptam, in Asiam transtulisse dicitur. Est & in ea Theffalonica toti regioni nomen suum communicans, hodie Salonica vocatur, Metropolis Philippensis, duabus ad se missis Diui Pauli Apostoli Epistolis clara, priore ex Athenis, posteriore verò ex Laodicea datis. Axio fluui loco eo quo Erigonon amnem recipit, propinquæ est. Pella vrbs nunc Ieuiza, regia olim Philippi & Alexandri Regum sedes. Philippæ Alexandri Magni patria, & locus natalis, ex ea misit D. Paulus Apostolus secundum ad Corinthios Epistolæ, hodie Philippopolis dicitur. Edessa, Larissa, nunc Larza, Theba Phiotiæ, Theba Beotie, nunc Zeiton vocatur, vnde finus Malaicus, seu Thebaicus Golfo de Zaiion appellatur. Heraclea nunc Bunina, morte Herculis clara, qui ibidem seipsum cremaffe traditur, dolore concitus ex infecto veneno camisia, quam illi vxor Zelotypa miserat. Albania, Dyrrachium habet antiquum oppidum, olim Epidaurus nunc Urazo dictum. Velonam quoque habet & Appolloniam Gymnasio suo nobilem & studio Augusti Cæsar, qui Græcas ibidem didicit literas. Scopia insignis ciuitas, tridui itinere à Theffalonica vrbe distat. Colitur autem vtraque hominum triplici genere, Turcis, Iudeis, & Christianis, prioribus tamen præualescentibus. Est autem pars totius propemodum Græciae fertilissima Theffalia, eorumq; delitiae vallis laudata, celebrataque tum Plinio tum Eliano & Liuio, alijsque authoribus, tempe vocant: Estque vallis inter duos eminentissimos montes Olympum & Ossam, procurrens longitudine quadraginta stadiorum, latitudine autem vix viii carpentis capax, ita amœna deliciarumque omnium plena, vt inde vocabulæ id emanarit, locum aliquem insigniter amœnum fertilemque dicturis, tempe dicunt. Est & Macedonicum venenum authoribus multis nominatum, ex fonte profluens Sueiflyge, cuius tanta fertur esse virulentia, vt non ære, non ferro, non testa cōtinereatur, nec aliter ferri nisi equina vngula potest. Flumina Macedoniae nobiliora sunt Axios, nunc Vardary vocatus, ex Scardo mōte procurrent, in Thermaicū finum fertur iuxta Theffaloniam. Haliacmon olim Carmemor, nunc Letecas, Theffaliam à reliqua dirimit Macedonia. Horū prior potus à pecoribus ea alba efficit, posterior autē nigra, vt author est Plinius lib. 31. cap. 2. Erigonum nunc Visritius in Axium exonerat. Strimon in Edonicum finum influit. Cedorus in Thermaicum finum funditur, quemadmodum & Alota, & Epidanus, & Titaresus ex montibus Camelæis & Satreis profluentes. Sperchius nunc Agriomelus ex Otri. Peneus autem ex Penido monte per Phtiotum & Eftiotum sedes, & per Theffalorum tempe labitur, & prope Thermopylas in finum Maliocum, nunc Zeiton dictum degurgitant, in quem etiam se recipiunt Cosifus, Mela & Briarius ex Otri & Erope montibus perlapsi. Est Macedonia vniuersa montium iugis cacuminibusque perspicua, eius autem pars quæ Theffalia appellatur, vndique ferè montibus theatrali modo inflexis cincta est. Ex his verò omnibus duodecim cæteris famosiores sunt, ac nobilitatis palmam facilè fert Olympus Theffaliæ mons, plures alibi habens sibi cognomines montes. In hoc verò Iphitus Praxonidus filius ludos instituit Olympicos dictos, singulo quinquennio celebrandos, à quibus Græci annos suos computabant per Olympiades, quorum initium fuit Eusebio teste Anno mundi 4420. tempore quo Ioathan regnabat apud Iudeos. Mons est ita in immensem arduum, vt verticem ultra nubes atollat, extra omitem aeris tempestatem, iniuriamque tam venti quam pluviarum, quare quod fabulo eius in summitate eiusdem inscribitur, illæsum manet. Barbari hodie Lacham vocant montem. Huic alter mons Ossa coniunctus aliquando fuit, vt Strabo author est. deinceps verò terræmotu seeti sunt. Ctarius mons, hodie Demoniquizus appellatur. Sequuntur deinceps, Bertescus, Bermius, Bercetesius, & Pindus nunc Mezzonus dictus, Callidromus autē, Corax, Othrijus, & Oetha, coniuncti quoq; & quasi mons unus sunt, sed diuersis locis diuersa nomina indita sunt. Horū posterior à Thermopolis ad finum Ambracium extenditur. is locus olim muro clausus exitit, tanquam totius Græciae propugnaculum & porta, qua Barbaræ gentes aditu intercluderetur. Nouissimus autem est Pelius mons, bello gigantum contra deos nobilis, nec non & nuptijs Pelei & Tetidos, quibus omnes Græci Heroës interfueré. His additur Athos mons, nunc Sanctus mons nuncupatus, tantæ eminentia, vt vmbram ad Lemnon usque insulam, spacio scilicet trecentorum stadiorum porrigitur, & quicquid in vertice eius arenæ inscribitur, perinde vt in Olympo, nulla iniuria aeris oblitteratur. Reliqui verò quasi innumeris his inferiores eorumque portiones sunt & iuga humiliora, vt sunt mōtes Brionci, Camuli, Candauli, Satrei mōtes, item Erope, Afnaus, Scardonius, Dabura, Descritus, Trianfus, Lincefus, Lithocetus, Palena, Orbelus, Diferus, Locrus, Laraus, Comminus, & similes alij, quos prolixitatis vitanda gratia præterimus. Horum plerique sylvis opaci sunt, maximè verò ij qui per Theffaloru tempe vagantur, vtrinq; Regiones sunt sanè non infelices, præter cætera auri etiam & argenti venas habentes, celebris liquide est haud procul Philippopolis distas auri minera. Et ipsæ Thermopyle, à medicatis aquis nomen habent. Atque hac de Macedonia dixisse sufficiat. Huic iacet Occasum & Meridiem iuncta est Epirus, olim quidem à Molossis populis Molossus dicta, vel potius à Molosso Pyrrhi filio eorum rege, deinceps etiam Oricia & Dodona, tandem Epirus, quod vocabulum incolarum lingua terram firmâ denotat & solidam, hodie ab Albanis Asiaticis populis, vti nonnullis placere video, Albania nuncupatur.

PONTVS EVXINVS

Propontide.

Mare Aegeum, hodie
totum hunc sinum
usque ad Cretam vnam
nomine vocant Archi-
pelago.



MARE ADRIATICVM

nunc Golfo de Veneria.

ITALIE

PARS.

Videbis totius Graecia limites diuisos per motes flu-
mina & maria, nominib. hodiernis, ad hunc modum.
Boina terminatur ab Oceano flumen Drinam, ab Occidente Graeca ciuitate Regia, ab Aquilone
Sana flumen, ab Austro meribus Brize Capri & Prosci. Dalmatia habet ab Aquiloni-
dictos montes, ab Ortu terminatur in Coga, mons. Scardoni & flua. Mora, ab
Occidi fin. Meritis, ab Austro ciuitat. Dola & Cetina. Slavonia habet ab Aquiloni
Rudine & Verna oppido Regia, ab Ortu flua Ladrini, ab Occidi fin. Nartia;
ab Austro mare. Scriva ab Aquilone habet sub Danubio, & Moravia
ab Ortu, ab Occidi Drinam, & Meritis Lacu Veronici cù mōte Bertoglio. Al-
bania ab Aquilone terminatur flua. Ludrino, & monte Caro, a Meritis Pindio
flua qui aliuit Valonem, ab Ortu Comidi & Satres montib. ab Occidi oppido
Durazzo. & Epirus terminatur ab Aquilone duabus lacibus Trepatoria & Artista,
ab Ortu flua. Arto, ab Occidi Cimera, & a Meritis Corira insula. Et huius
habent ab Aquiloni Corima & Cadromia montes, ab Austro sunt Leptani usque
ad Insulan. Manea, ab Ortu monte Elione, & ab Occidi flua Anto que influit
in Aria. Achaea in Morea habet ab Aquilone frumenti Ceritai, ab Austro flua
Pro, ab Ortu mōre Salaminia, & ab Occidi flua. Ibla. & Arcadia terminatur ab
Aquilone mōte Stenio, ab Ortu flua. Inao, ab Occidi Vlora loca della Costa
Tornet, & ab Austro flua. Ermanio. Lachernense ab Aquilone terminatur mōte
Geno & Tagito, ab Austro mōre Prodanus usque ad Coya Melis, ab Ortu resipit
Malacianum & Neopolin, ab Occidi flua. Africa que recipit Ermanio. & Atbe-
niensis ab Aquilone terminatur Aplo fluminis, ab Aquilone Ligena & Salamina,
ab Occidi fons contrariai Thebanis, & ab Ortu Templo Veneris & opifile Deja
usque ad pontem insula Eubea. & Grecia incipit a Pindo, Otris, Pito,
& Osa montib. versus Aquilinem, a Meritis Aplo flua ab Ortu resipit
Nigropontem, ab Occidi Strigam monte. & Atheloum flua. Thessalia
terminatur Olimpo & Taras montib. ab Aquilone, & ab Austro Orie Pito,
& Pindo ab Occidi Britonio. & ab Ortu mōte Ossa que aliuit Penes
flua. Macedonia terminatur ab Ortu mōte Redopo, & Nesto flua.
ab Occidi Cicero, Linope, Dalmat. & Bergae montib. ab Aquilone
Eno & Costroni montib. & ab Austro Taras & Olimpo. Thracia
terminatur ab Occidente flua. Nesto, ab Oriente angustis Abidi
& Sogli Constantinopoli usque ab Aquilone vnde Ligeiorum
& Meritini montes, & ab Austro habet Stramonium & Hesrus
maxima Europe flumina.

Altera pars à Grecis Asiam habitantib. dicta Eolide,
diuiditur hoc modo. Primi sunt Longi, hi habeant ab
Ortu montem Latinium, ab Occidi oppido Iassii,
Erada & Mileto, ab Aquilone flua. Meandri, ab
Austro Glauco qui intrat mare intr Verianum
& Polinomum. Doris finitimi Graci ab Occidi habebant Cnidum oppidum ad more situm, ab Ortu Cnida
Enisimum, à Meridi Alcarasiam & Rhodium Insulam, ab Aquilone flua. Eritione cù Sami insula Amo
& Sio. Lida seu Menia habet flumen Hermus ad Aquilonem, ab Austro flexuoflum
ab Ortu Olimpum & Olenum montes, & ab Occidi urbem Ephesini cum Templo

MARE CRETICVM CRETA NUNC STANDI. CANDIA.

Diuio.
Poro. Cicirigo. Meleca. Suda. Lysa. Neimo. Fraschia. Panome. Spinalonga. Camira. Lanari. Lisa.
Caser. Cania. Tapiro. Idamatis. Edolo. Olo. Sora. Castro.